Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26341
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Quia fortitudo & laus mea dnus. & factus est mihi in salutem.
Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris. et
dicetis in illa die confitemini dno et invocate nomen eius.
Notas facite in populis adinventiones eius. memento
quoniam excelsum est nomen eius. Sacerdotes.
Cantate dno quoniam magnifice fecit. annuntiate hoc in universa
terra laus & laudabitur habitatio sion. quia magnus in medio
tui sanctus israel.
Ego dixi in dimidio dierum meorum. vadam ad portas inferi.
Quaesivi residuum annorum meorum. dixi non videbo
dominum dominum in terra viventium.
Non aspiciam hominem ultra. et habitatorem quietis.
Generationem meam ablata est. & advolvta est a me.
Quasi tabernaculum pastorum. Sonitus fuit de me.
Praecisa est velut a textore vita mea. dum adhuc
Demane usque ad vespertinum finies me. sperabam usque
ad mane. quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.
Demane usque ad vespertinum finies me. sicut pullus hirundinis sic clamabam. meditabar ut columba.
Attenuati sunt oculi mei. sursum spectantes in excelsum.
Domine vim patior responde pro me. quid dicam aut quis responsurus
responsurus mihi cum ipse fecerit.
Recogitabo omnes annos meos. in amaritudine animae meae.
Domine si sic vivitur et in talibus vita spiritus mei. corripies me & vivificabis me. ecce in pace amaritudo mea amarissima.